dictus fuit Grossus, Hungarorum gens
a Syria egressa in Pannoniam, que ad-
jungitur finibus ecclesie Aquilegensis,
primitus venit et ejectis Avaris ibi ha-
bitare cepit. Erat enim gens ~~a Syria~~
~~egressa~~ crudelissima, carnem comedens hu-
manam et sanguinem bibens pro potu.
Quos dictus patriarcha Fridericus repressit
et longius effugavit, reddens pacem Ex-
perie, que est caput Italie. Corpus ejus in
p. 8 Aquilegia requiescit et super sepulturam
ipsius tale scriptum est epitaphium:

Conditur inferius nitido patriarcha lapillo
Preclarum nomen cui Fridericus erat.
Hungrorum rabiem magno moderamine pressit,
Fecit et Esperiam pacis habere bonum.
Egregius pastor mites dum pasceret agnos
Semper utroque gregi pabula leta dedit. utrique?
Hunc Deus omnipotens proprio ditabit honore
Post hanc angelicis consociando choris.
Tu quoque precursor Christi, baptista Johannes
Pontifici meritis auxiliare tuis.

Leo patriarcha sedit annis XXII. Hic

quia